

THE DESCRIPTION OF THE WORLD^s TO SER MARCOLINO POLO
dominum Matheum paulo predictum seu eius commissarios & dominum Marcum
paulo predictum Ac eiam saluis & Reseruatis omnibus Juribus & Racionibus
contentis In noticia aquisita per suprascriptum dominum Marcum paulo in
proprietati siue hospicijs que fuerunt condam domini Nicolai paulo minoris.
Propter vnam sententie cartam completam & Roboratam manu dominorum iudicum
petitionis communiter factam Anno Ab Incarnacione domini nostri ihesu xpisti
Millesimo Trecentesimo Trigesimo octauo mensis aprilis die vigesimo septimo
intransis iudicione sexta Riualti. Presentibus Et Infra. Cum Coram Nobilibus viris
dominis stephano dandullo Johane mauroceno & Andrea pisani iudicibus curie
petitionis Inter ser Marcum paulo dictum marcolinum de confinio sancti Johannis
grisostomi ex una parte Et ffantinam & moretam olim filias Nunc ambas commis-
sarias domini marci paulo maioris de confinio sancti Johannis grisostomi prout patet
per eius testamenti Cartam completam & Roboratam manu Johannis Justiniani
presbiteri sancti proculi Notarii In Millesimo Trecentesimo Vigesimo tercio
mensis januarij die nono intransis iudicione septima Riualti. siue dictam moretam
& ser stephanum bragadino de confinio sancti geminiani habentes commissionis
Cartam a dicta ffantina nomine commissarie predicti domini marci completam et
Roboratam manu ffrancisci de gecijs Notarii & Cancellarii Crete in Millesimo
Trecentesimo Trigesimo septimo iudicione sexta die ultimo mensis septembris
Candide insule Crete seu dictum ser stephanum constitutum in curia pro se &
domina moreta nomine dicte commissionis Carte Ex altera parte. questio ex suo
officio verteretur occasionem infrascriptarum librarum quadrigentarum denariorum
venetorum ad grossos Et iterum infra. Vnde suprascripti domini Iudices petitionis
Visis auditis & dilligenter intellectis allegacionibus petitionibus Responcionibus
Juribus & Racionibus utriusque partis Et super hiis omnibus deliberatione pre-
habita dilligenter maxima cum de uoluntate parcium processus(?) per sententiam
laudum & arbitrium per iusticiam & suum officium dixerunt quod dictus ser Marcus
paulo vocatus marcolinus habere & Recipere debeat de bonis dicti condam domini
marci paulo maioris siue eius conmissarie predictas libras quadringentas denariorum
venetorum ad grossos condemnantes commissarios ipsius domini marci paulo in
expensis pro parte dicti marci ffactis in questione predicta que expense sunt cum
taxacione huius sententie denariorum venetorum grossorum viginti sex Et dantes
Eidem ser Marco paulo dicto marcolino ad intransmittenda bona omnia sepredicti
condam domini marci paulo maioris usque ad satisfacionem integram omnium
premissorum &ct ut in ea legitur. Quam quidem totam suprascriptam & predesigna-
tam partem dicte proprietatis terre & case cooperte & discooperte nostri iudices
apreciati fuerunt libras quadringentas denariorum venetorum ad grossos Eas com-